Speth, Eugenius: Theologia scholastica tripartita (Vorlesungsmitschrift): Band 1
Salem, 1684–1685 Seite 100



Quaest. 3. An Deus cognoscat creaturas possibiles? ante decretum.

E contra 2° Si Deus creaturas cognoscit immediate in seipsis et independenter ab essentia divina praecognita, poterit cognoscere res futuras independenter a decreto, et sic dabitur in illis scientia media.

Dico 1. Deus per suam scientiam cognoscit creaturas possibiles in sua essentia tanquam in causa seu medio prius cognito. Ita Thomistae contra RR. qui volunt scientiam Dei immediate terminari ad creaturas nec posse videri in Deo, utpote qui nullum dicat ordinem ad creaturas. Prob. Auct. SS. PP. nominatim S. Dion. Areopagita c. 7. de divinis nominibus nostram sententiam aperte docentis. item S. Thomae variis locis hoc ipsum profitentis, videlicet hic q. 14. a. 5. de angelis beatis. item 1. contra gentiles c. 49. his verbis. colligendo igitur has duas conclusiones, apparet Deum cognoscere seipsum quasi primo et per se notum: alia vero sicut in essentia sua visa. Quod D. Thomas loquatur de sua essentia sua visa, ut causa creaturarum constat ex eo, quod conclusiones illas deducit probabili discursu. effectus cogniti sufficienter probatur, per cognitionem suae causae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_1/0115
gefördert durch Baden-Württemberg